



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

30. De Statu, & eius diuisione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

ditionis dam natus fuerit, magistratui detur custodiendus, & trigesima die torqueatur, vt confcios dicat, & adulteros licet occidere: proditionis damnatus magistratui collegæ suo datus est custodiend. Ille cum in adulterio deprehensum occidit, reus est conscientia. Hic enim & rationale est genus, in quo quaeritur, an hic confcius fuerit, an ille adulter: & legale, in quo quaeritur, an eum illi licuerit occidere, qui torqueri debuerat, vt confcios diceret.

Alia diuisio causarum.

Petita à genere characteris, siue elocutionis.

CAPVT XXIX.

Alia genera controuersiarum, quae publica dicuntur, & earum quinque genera.

Post hæc genera controuersiarum afferuntur etiam quinque, vt consideratur causa, ratione characteris, siue elocutionis, & modi agendi: sunt igitur, Ethicum, Patheticum, Apodicticum, Diaporeticum, Mixtum.

Ethicum genus, in quo mortalitas quædam, id est, mores hominum considerantur, vt sunt comædia.

Patheticum genus, in quo morus est animi, & vis quædam, & impetus mentis, vt sunt tragedia: vt:

Indemnatos liberos liceat occidere, tres filios lege indemnatorum, in conspectu matris occidit: mater eodem gladio se ineremit.

Reus est, quod causas mortis præstiterit.

Apodicticum, in quo pugna quaestionum est.

Peregrè proficiscens reliquit ad amicum certam frumenti mensuram. Ille in fame ciuitatis duplo precio frumentum vendidit: reuersus amicis contendit de lucro.

Diaporeticum, in quo addubitatio est, nec quicquam certi offertur, vt;

Cum duo fratres dissidentes contenderent armis, pater intercessit, vulneratus est, incertum à quo; quaerunt filij, à quo sit vulneratus: non dicentem accusant dementia.

Mixtum, quod non ex vno genere compositum est: vt est hæc ipsa materia patris vulnerati: nam & patheticon est in fratrum congressione, & diaporeticon est à dubitatione patris.

De statu, & eius diuisione.

CAPVT XXX.

Reperitis generibus controuersiarum quaeritur status, quo consistit controuersia. Genera statuum sunt duo; rationale, & legale.

Interest inter rationales status, & legales: quod rationales rei alicuius vel facti habent quaestionem: legales autem legis, & iuris continent disceptationem.

Rationales status secundum Hermagoram sunt quatuor, coniectura, finis, qualitas, & translatio: sed translationem tantundem accepimus legalem: quoniam nulla translatio, id est, præscriptio, sine lege potest esse.

Coniecturalis status, & eius varia species.

Coniecturalis status sex modis fit: aut quum de facto constat, & de persona non constat: aut quum de persona constat, & de facto non constat: aut quum de utroque non constat: aut quum de sola voluntate fit quaestio: aut quum de re ipsa quaeritur: aut cum est antitegorica.

Quum de facto constat, & de persona non constat, vt, Cum abdicato filio, qui militabat, inuentus est pater telo filij sui occisus; reus est filius parricidij. Hic enim de facto constat, id est, occisum esse patrem, sed de persona non constat, quaeritur enim, an à filio sit occisus.

Quum de persona constat, & de facto non constat, vt, Luxuriosum filium pater abdicauit, abdicatus medicinæ studuit; postea decumbenti patri dedit poculum, quod diceret sanitatis: pater in media potione; ait se ventum accepisse, filius residuum poculum bibit, & decessit pater, reus est filius parricidij. Hic enim de persona constat, quoniam filius poculum dedit: sed de facto non constat, qualem enim potionem dederit, vtrum veneni, an sanitatis, incertum est.

Quum de utroque non constat, vt, luxuriosus pater non comparauit, reus est parricidij filius. Hic enim non constat, occisum esse patrem, etsi constiterit, incertum est, an à filio sit trucidatus.

Quora

Quid statu. Genera status. Sex species coniecturalis status. Quora.

Quum de voluntate quaeritur, vt Luxurio-
sus adolefcens nocte a meretricis domo ex-
pulfus, cereum ardentem ante meretricis fores
abiecit, domus arfit, arguitur, vt refituar.
Hic enim, & de perfona, & de facto conftat:
fed tantummodo quaeritur, qua id fecerit vol-
untate.

Quum de reifpa quaeritur, quando *πρὸς τὴν
οὐσίαν* quaefio est, non de facto aliquo: id est,
cum quaeritur, an aliquid fuerit illud, de quo
quaefio est, non an aliquid fit factum: repetebat
a commilitone fuo pecuniam tanquam
creditam, negantem fe debere, occidit, fed &
fe interfecit: repetunt pecuniam haeredes in-
terfectoris, ab haeredibus pernegantis, illi con-
tradiciunt. Hic enim non de facto quaefio est,
fed de eo, an pecunia ante illa fit credita.

A *πρὸς τὴν ὁψία* est mutata accufatio, id est,
quum aliqui fe inuicem accufant: vt vir fortis
habebat noueram, habebat & in matrimonio
captiuam: ambiguis fignis obiit. accufant fe
inuicem veneficij nouerca; & captiua.

Finitiuus ftatus.

*Finitiuus
ftatus, &
eius quin-
que fpe-
cies.*
Finitiuus ftatus fit, cum id, quod obijcitur,
non hoc efle contendimus: eft autem quintu-
plex: aut quum simplex eft quaefio, quae a-
nafteuafica, id est, refellens dicitur: aut quum
duplex actio est: fuae comparatiua, quae Antio-
rifitica dicitur: aut quum duplex quaefio eft,
fuae coniuncta: aut quum ex partibus defini-
mus: aut quum eft Antithetica.

*Prima fpe-
cies a quo
naufragio,
fuae fim-
plex.*
Simplex definitio, quum vnam rem simpli-
citer definimus: vt naufragia ad publicanos
pertineant, cuiusdam naufragi corpus cum or-
namentis, ad litus expulfum arena obrutum
eft, id publicani eruerunt, rei funt fe pulchri
violati. Hic enim fimpliciter quaeritur, quid
fit violare fe pulchrum.

*Secunda,
duplex, &
compara-
tiua.*
Duplex actio, fuae comparatiua, quum du-
as res diuerfas definiunt litigantes, vt, facri-
legus capite plectatur, fur quadruplum foluat:
de templo quidam priuatam pecuniam fultu-
lit, petitur ad poenam, offert quadruplum, qua-
fi fur. Hic enim alter facrilegium dicit efle co-
miffum, & hoc definit, alter furtum, & com-
paratione quaeritur, quid fit admiiffum, vtrum
facrilegium, an furtum.

*Tertia
duplex co-
iuncta.*
Duplex quaefio, fuae coniuncta: quum duas
res, quas prima pars definit, eafdem aduerfa-
rius impugnat: vt, qui non initiatus facra e-
nunciauerit, capite plectatur, non initiatus

facra vidit in fomijs, reculit ei, qui fuerat i-
nitiatus: ille ait, haec funt facra: petitur ad poe-
nam, & contradicitur. Hic enim quaeritur quid
fit initiatum efle, & quid fit enunciare.

Ex partibus definitio: quum vnam rem mul-
tis partibus definimus: vt, Qui obfidebantur
ab hoftibus, auxilia a finitimis conduxere, in
itinere funt auxilia, receffere hoftes ab obfi-
dione: petunt illi pactam mercedem: hi con-
tradiciunt. Hic enim quaeritur, quid fit auxili-
um praeflare, quod ex partibus definimus,
quod & decreuerunt, & quod miferunt, & quod
hoftes recefferunt.

Antithetica definitio: qua non tantum cri-
men negamus, verum etiam commodum ali-
quod afferimus. Commendam sibi ab Ephe-
bo chlamydem, defuncto eos, in monumentis
maiorum ei pofuit. accufatur a patre Ephebi
fe pulchri violati. Hic dicit fe pulchrum a fe
non tantum non efle violatum, verum etiam
efle & ornatum.

*Quarta,
cum non
duo, aut
plura ad
definitio-
nem rei,
aut facti
attinentia
quaerun-
tur.
Quinta
fpecies
a quo
quae fit ex
pugna de-
finitionum
oppofita-
rum.*

*Status qualitatis, & eius duplex fpecies,
absoluta, & assumptiua quot modis
fiat.*

Status qualitatis duplicem conftat efle
fpeciem: Absolutam, qua factum abfo-
lute defenditur, Assumptiuam, qua rebus
aliunde affumptis coloratur.

*Absoluta
fpecies sta-
tus quali-
tatis fit
duobus
modis.*

Absoluta qualitas duobus modis fit: facti
qualitate, & iuris ratiocinatione.

Facti qualitas eft, quum ostendimus factu,
quo arguimur, non efle perniciofum, & ideo
naturali iure efle concessum, vt Damnato Mi-
lone Cicero exclamauit, urbem Romam bo-
nis ciuibus fedem efle non pofle, reus eft lae-
Re republ.

Iuris ratiocinatio fit quatuor modis, lege,
more, fefta, arte.

Lege, Indemnatos liberos liceat occidere:
tres filios lege indemnatorum occidit, reus eft
uxori male tractationis. Hic enim fe dicit lege
feciffe.

More, Mos apud Scythas fuit, vt Sexagena-
rij per pontem mitterentur. Scythae Athenis
Sexagenarium patrem per pontem deiecit, reus
eft patricidij. Hic enim dicit fe facta fua feciffe,
vt hoc difputaret.

Arte,

Arte, Pictor naufragia pinxit, & publicè proposuit, nemo nauigat, reus est Reipub. læsæ: necesse est, sua se arte defendat, quod pictores confueuerunt huiusmodi multa pingere, & publicè proponere.

*Assumpti-
ui status
quatuor
partes, sine
species.*

Assumptiua qualitas constat, relatione, remotione, compensatione, venia.

Relatiuus status fit, quum reus culpam refert in eum, propter quem arguitur, vt Miles in acie exclamauit, Vincimur, occisus est ab Imperatore. Reus fit Imperator læsæ Reipub. contradicit: dicit enim militem peccasse, & idèò occidi debuisse, quod hoc clamauerit.

Remotiuus duobus modis fit, quum aut in personam remouemus, aut in rem.

In personam, vt, Legatus intra trigessimum diem nauiget: legatus, non accepto à quarto viatico, non nauigauit intra trigessimum diem, reus est malè gestæ legationis, hic enim remouet crimen malè gestæ legationis, quod viaticum non accepit.

In rem, vt, Missus est ad expugnandam hostium ciuitatem, inuenit illam lue laborate, reduxit exercitum; reus est læsæ Reipub.

Compensatiuus status fit duobus modis; cum aut delicto meritum comparamus, aut cum maiori incommodo consultum esse contendimus.

Delicto meritum comparatur, vt, Miles ex acie ad muros confugiebat; Imperator muros diruit, victoriam reportauit, reus est læsæ reip.

Maiori incommodo prospectum esse contendimus, vt, Tyrannidis tempore speciosum filium amico commendauit, vocauit ad se patrem eius tyrannus, & tormentis expressit, ubi erat filius: satellites misit ad amicum, amicus puerum occidit, tyrannus se necauit, amicum mater, puer cædis accusat, adest ei pater. Hic enim dicit puerum maiori à se pudoris iniuria liberatum.

Venia omnis, aut purgatiua, aut deprecatiua.

Purgatiua quatuor modis fit, errore, casu, necessitate, obliuione.

Errore, vt Exulem intra fines deprehensum liceat occidere. Ex duobus geminis fratribus similibus alter exulabat, fratrem eius quidam, tanquam exulem occidit, reus est cædis. Hic enim se dicit errore fecisse.

Casu, dum venatur, hastam in feram misit, hominem occidit, eo vulnere perijt, reus fit cædis. Hic enim dicit, se non voluntate, sed casu fecisse.

Necessitate, Orator captus ab hostibus, laudes eorum scripsit, iubentibus his, & publice recitauit: gratuito dimissus est, ad suos reuersus læsæ Reipub. accusatur. Hic enim dicit, se non voluntate, sed necessitate fecisse.

Obliuione, Sacerdos omnibus Calendis sacrum non fecit, petitur ad penam. Hic enim aliter defendi non potest, nisi memoria sibi aliter legauerit excidisse.

Deprecatiua venia: cum nulla potest esse defensio, sed eum, cui liceat ignoscere, tantummodo deprecamur.

Hæc ille, quorum nonnulla sunt plerumque spinosa, & exilia: sed visum est hoc antiquitatis monumentum non omittere, in cæteris liberiori cursu fuit oratio.

De tractatione statuum in specie, deque singulorum exemplis.

Ac primùm de coniecturali.

CAPVT XXXI.

In coniecturali statu, ubi de facto non constat, duo maxime spectantur, voluntas, & facultas: si enim & voluerit, & potuerit reus, argumentum est quod fecerit: sin contra, expedit se laqueis accusationis.

Ad voluntatis significationem spectatur motus animi: Cupiditas, dolor, motus, voluptas, vitia: in corpore valetudo, forma, vites: in externis locus, tempus, modus, &c.

Hæc sunt fidei capita, per quæ orator ex-
curret.

Primùm, si cupidus fuerit, qui accusatur, vt, dicitur. Cæsar rapuit sponte Principatum, quod à puero flagrauit gloria, & habuit hos versus in ore, quos ex Euripide vertit Cicero.

*Si violandum est ius, regnandi causa
Violandum est, in alijs rebus, pietatem ca-
las.*

Metus, vt Drances arguitur, quod eadem perpetrarit, facile negatur, quia, vt ait Virgilius:

Homini est frigida dextera bello.
Voluptas, vt Antonius citatur reus adultærij, expendatur vita eius à puero, quod Cicero facit Philipp. 2.

Dolor, vt Deianira occidit maritum, quid Drances mirum? Zelotypiæ furore, doloteq; flagrans, à Seneca tragico sic exprimitur:

O quàm